

## Sermo

ipse animus hoc operatur / sed magis a-  
quilo in cuius lateribus habitat. Ideo de-  
testatur illud: eo quod aduersus virtutem eius  
molimina sentit. Qui sentit / ipse scit quan-  
to cum tedio illud bone conuersationis tedi-  
um tollerat: quomodo fastidit fastidium  
illud. quanta cum amaritudine oblectatur  
amaritudini illi / amaritudini violente que  
de ingratitate exercitij disciplinaris inuito se  
ingerit. Ad austrum animus ex voto se ver-  
git. et ecce aquilo aduersanti et inuito se im-  
porune immergit. Durum est sustinere a fa-  
cie frigiditatis huius. et fugere non subest ad  
votum. Laborat animus et discipline tedio  
et huius tedij odio. Dodesita est vtrique af-  
fectio et non dulcescere quod elegeris et sen-  
tire quod oderis. Dodesit vtrumque et per-  
pugnare disciplinam et propulsare desideria.  
Quomodo Iesu bone tanta tam diu tole-  
ras vocatione dilecte sponse tue? Desidia  
inuite patitur. et quasi voluntaria in se sit  
puniendo persequitur. Aggerrime tolerat quod  
non ad votum in te qui bonum eius es so-  
lum deliciarum valet. Tibi imputat quod  
suffert iura. Stimulatur ab aquilone ve-  
nit illi. sed stimulus iste ad preces sponse  
instigat. Hoc stimulo castigata: ad suppli-  
cationes se confert que se prius in ample-  
xibus parauerat. Mitiga sponse tue Iesu  
bone a diebus his malis. Nisi enim adiuues  
eam habitabit in aquilone anima eius. Quis  
enim conserget aduersus aquilonem / nisi  
tu deus qui venis ab austro? Bonum aro-  
ma propositum sanctum et conscientia pura.  
sed non fuit illi qui boni istius delicias non  
fruitur. Veni Iesu bone / veni perfla ortum  
tuum / ut fluat aromata eius sicut torrens  
in austro. Ipsa est ortus. esto tu auster. Te  
irrigante erit anima eius sicut ortus irrigu-  
us. et te flante non deficiet eius aromata. qui  
vixit et regnat in secula seculorum Amen

Sermo. xxxv.

**A**ngle Iesu bo-  
ne quod iubet. transfer austrum  
de celo / et induc illum in ortum tu-  
um: in animam sponse tue. Hoc flatu leni  
solue tedium: solue tristitiam ab eius affectu.  
Nam vtrumque in vicio est: preter spem aquilone  
vtriusque mentem ligat: percussit et pellit  
a puro pluuio quodam leticie. Qui timor

nonne et iperigore gelido perstrigit affectum?  
Ab alienis parce domine sponse tue. Quid  
magis alienum ab ea quam timor qui non est in  
charitate: cum ipsa tota sit in charitate. Ille  
seruilis est: illa in libertate vocata. Uidi-  
stis fratres besterno vix metriculose incede-  
re: ut institutionis prima subiret elemeta:  
et morante et quod narrant. proposito discipli-  
ne rudimentis se passus est insigniri. Et  
bene nostis dum adhuc secularis erat quod lar-  
gos elemosynarum riuulos manus eius fun-  
debat. Quid erat cause nisi quod mentem in  
hac parte timoris perstrinxerat aquilo? Au-  
ster scilicet illam ex parte affluit: sed non perfla-  
uit. ideo elemosynarum prompte profudit aro-  
mata. Sed abrenunciacionis preciosissimi-  
mus ille aromaticus liquor: post multos  
conatus vix tandem ab eius animo tenuit  
expressum potuit. Plane similis erat euange-  
lico inueni: qui apud dominum de legis con-  
seruatione gloriatus: euangelice perfectio-  
is coartatione tristis abscessit. Nisi quod ille tri-  
stis abscessit. hic quis tristis / accessit tibi.  
Uidere timoris aquilonem flantes sub lege  
ideo de precipuis electisque aromatibus ra-  
ra fluxerunt in ea. Ideo die penthecostes  
quando spiritus vehemens flauit ab au-  
stro: tot hominum milia. veritate. verbo. vi-  
ta. spiritualiter produxerunt. Non eos rei  
familiaris cura constrinxerat de reliquo.  
Libera quidem ab hoc aquilone satis du-  
ro corda largius pluuio in contemplatione  
et charitate dei. Non accepistis (inquit) spi-  
ritum seruitutis iterum in timore: sed acce-  
pistis spiritum adoptionis filiorum: quo  
clamamus abba pater. Ille aquilonis in-  
gratus. ideo illi tanquam graui et ponderoso  
prementis se dicitur. Surge. hic tanquam  
letus gratusque inuitatur ut veniat et perflet  
ortulum sponsi. Ille pena habet. hic pro-  
flua gaudia. Ille minax est: hic blandime-  
tis deliciasque manans. Rogabo (inquit)  
patrem meum et alium paraclitum dabit vobis  
hoc est austrum inuicare et dicere ut veniat et  
perflet ortum suum. Perfla ortum meum et flu-  
ent aromata eius. Quidam fructus nisi perfla  
coactis liquoribus non fundunt. Fructus autem  
qui sunt in orto tam delicate depicto: pres-  
sionem non expectant / cogi nesciunt. sed au-  
stro perflate fluunt vltro. Intruemini mihi  
di sapientiam: nonne violenter expressa vi-  
detur: et longo elaborata tam exercitio